SOG. HEUNER-MISSALE (BD. I)

Österreich (Wien), 1476-1477 Seite 249

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



pulis meis. Et fecerunt
discipuli sicut consti-
tuit illis ihus: et pa-
uerunt pasca. Vespere
aut facto discumbebat
cum duodecim discipul'
suis. Et edentibus illis
dixit. Amen dico vo-
bis: quia unus vestrum
me traditurus est. Et
contristati valde cepe-
runt singuli dicere. Nun-
quid ego sum domine?
At ipse respondens ait. Qui
intingit mecum manum
in paraside: hic me tra-
det. Filius quidem ho-
minis vadit: sicut scriptum
est de illo. Ve aut ho-
mini illi: per quem filius ho-
minis tradetur. Bonum
erat ei: si natus non
fuisset homo ille. Ren-
dit aut iudas qui tra-
didit eum et dixit. Nun-
quid ego sum rabbi.
Ait illi. Tu dixisti. Ce-
nantibus aut eis: acce-
pit ihus panem et bene-
dixit ac fregit: deditque
discipulis suis et ait.
Accipite et comedite:
hoc est corpus meum.
Et accipiens calicem
gratias egit: et dedit
illis dicens. Bibite ex
hoc omnes. Hic est enim
sanguis meus noui
testamenti: qui pro multis
effundetur in remissi-
onem peccatorum. Dico aut
vobis: non bibam am-
modo de hoc genimine
vitis usque in diem illum: